

# UNGUENTUM

*Peter Sipes*

Pluteo Pleno • Casper, Wyoming

# **Unguentum**

Peter Sipes

Pluteo Pleno  
803 South Durbin Street  
Casper, Wyoming 82601

[www.pluteopleno.com](http://www.pluteopleno.com)

Edition 1.0, May 2020

ISBN 978-1-937847-09-8

This work is licensed under the Creative Commons Attribution 4.0 International License. To view a copy of this license, visit <http://creativecommons.org/licenses/by/4.0/> or send a letter to Creative Commons, PO Box 1866, Mountain View, CA 94042, USA.



## index

<i>poēta</i>	7
<i>amāsia</i>	9
<i>Venus et Cupīdō</i>	12
<i>dōnum prīmum</i>	16
<i>Clōdia et Catullus et unguentum</i>	18
<i>Fabullus</i>	22
<i>Catullus et Fabullus</i>	23
<i>invitātiō prīma</i>	28
<i>Fabullus et Aemilia</i>	29
<i>ad cēnam</i>	31
<i>invitātiō secunda</i>	33
<i>apud Catullum</i>	34
<i>dōnum secundum</i>	38
<i>invitātiō tertia</i>	41
<i>poēma ipsum</i>	42
<i>notae poēmatī</i>	42
<i>glōssārium</i>	44



## **A few words**

A long time ago, nevermind how long ago, I learned Latin. My magistra, Mrs. Walls, introduced us to Catullus. I fell in love with his poetry. It was magic. Sixteen year-old me understood what he was talking about way better than the poetry we were slogging through in English class. He wrote about friends. And being in love. I just got it.

One of his poems caught my attention but good. It had a punchline. And there must have been a story behind it. Lately, I have been telling that story to my students so that they can read the poem too. Telling that story has inspired me to write this short book.

Yes, some of the vocabulary may be challenging, but that is because it is Catullus's vocabulary. I hope I have taken this poem apart enough so that you too can read it in Latin without translating it and enjoy it as much as I have.

The cover image is of a 2nd to 1st century BCE glass perfume jar. It is a public domain image. If you happen to be at the Metropolitan Museum of Art in New York, you might be lucky enough to see it for yourself.

This book is vastly improved with the help of Dan Stoa, Laura Briscoe, Kristen Crooks and Chris Buczek. I cannot thank the Latin-teacher community enough for its generosity with reading novellas before publication. Any remaining mistakes are mine.

## **capitulum primum**

### **poēta**

Catullus erat poēta. poēta erat bonus, sed Catullus pecūniam nōn habēbat. quī poēta pecūniam habet?

poēta poēmata habēre dēbet neque pecūniam habēre dēbet. et Catullus multa poēmata habuit neque pecūniam habuit.

Catullus amīcōs habēbat. amīcī erant bonī. Fabullus erat Catullō amīcus bonus. Catullus saepe cum Fabullō cēnābat. cūr Catullus cum Fabullō cēnābat? Catullus cibum nōn habēbat. cūr Catullus cibum

nōn habēbat? Catullus erat poēta et pecūniam nōn habēbat.

Catullus amāsiam<sup>1</sup> habēbat. amāsia erat Clōdia. Catullus Clōdiam amābat et Clōdia Catullum amābat. Clōdiā saepe Catullō dōna dabat. cūr Clōdia Catullō dōna dabat? quia Clōdia Catullum amābat.

quae dōna Catullus Clōdiae dabat?  
Catullus Clōdiae poēmata dabat, quia pecūniam nōn habēbat.

---

<sup>1</sup> amāsia – girlfriend



## capitulum secundum

### amāsia

Clōdia magnam pecūniam habēbat.

Clōdia amīcōs et amīcās habēbat. multōs  
amīcōs et amīcās habēbat.



PARVA      MAGNA  
PECUNIA    PECUNIA

Clōdia amīcīs dōna dabat. et amīcī  
Clōdiae dōna dabant. Clōdia multa dōna  
dabat et multa dōna accipiēbat. Clōdia  
amīcīs multa dōna dabat, quia Clōdia  
magnam pecūniam habēbat et amīcōs

amābat. amīcī Clōdiae multa dōna dabant,  
nam Clōdiam amābant.

sed ūnus amīcus pecūniam nōn habēbat.  
amīcus? amāsius<sup>2</sup> est. Clōdia amāsium  
habēbat. Catullus erat amāsius. Clōdia  
saepe Catullō dōna dabat. Catullus dōna ā  
Clōdiā accipiēbat. Catullus Clōdiae dōna  
nōn dabat sed poēmata. Clōdia dōna ā  
Catullō nōn accipiēbat sed poēmata.

---

<sup>2</sup> amāsius – boyfriend



CLODIA DONA  
CATULLO DABAT



CATULLUS DONUM  
CLODIAE DABAT

poēmata quae Catullus eī dat, Clōdiae  
placent. poēmata placent, quia Clōdia  
Catullum amat. Catullus eī poēmata  
dabat, quia pecūniam parvam habēbat. sī  
Catullus magnam pecūniam habuisset,<sup>3</sup>  
multa dōna Clōdiae dedisset.<sup>4</sup> sed  
Catullus parvam pecūniam habēbat,  
itaque Catullus amāsiae poēmata dabat.  
Catullus Clōdīam amābat.

---

<sup>3</sup> habuisset – he had

<sup>4</sup> dedisset – he would have given

## capitulum tertium

### Venus et Cupīdō

Venus erat dea. Venus erat dea amōris.

Cupīdō erat deus. Cupīdō erat deus  
amōris. Venus et Cupīdō erant dī amōris.


Venus et Cupīdō hominibus amōrem  
dabant, quia dī erant amōris.

*Venus:* Catullus Clōdiam amat.

*Cupīdō:* rēctē! et Clōdia Catullum amat.  
aliquid Clōdiae dare volō.

*Venus:* quid tū Clōdiae dare vīs?

*Cupīdō*: ego unguentum facere volō.  
unguentum Clōdiae dare volō.



LAGOENA

*Venus*: cūr unguentum  
eī dare vīs?

*Cupīdō*: hoc unguentum  
nōn est unguentum  
quod Clōdia iam habet.  
hoc unguentum est  
amor līquidus.

*Venus*: mihi placet! fac unguentum. dā  
Clōdiae amōrem līquidum.

Cupīdō unguentum fēcit. amōrem in  
unguentō posuit. amōrem tantum in  
unguentō posuit. sī nōn est amor, nōn est  
in unguentō. amor in unguentō nōn est  
mixtus. amor est merus.<sup>5</sup>

Cupīdō Venerī unguentum finītum dedit.  
Venus nāsum ad unguentum posuit.  
Venus unguentum olfēcit.



PARADISUS

<sup>5</sup> merus – unmixed

*Venus:*  
unguentum  
mihi placet.  
hoc unguentum

est bonum. hoc unguentum est paradīsus  
in lagoenā! hoc Clōdiae dare dēbēmus!



PARADISUS  
IN LAGOENA

## capitulum quartum

### dōnum primum

Venus et Cupīdō ad Clōdiam īvērunt.  
unguentum habuērunt, quia Clōdiae  
unguentum dare volēbant. nam hī dī  
unguentum habēbant, Clōdiam petīvērunt.  
unguentum ad Clōdiam afferēbant.

*Venus:* Clōdia! hīc sum cum Cupīdine.  
aliquid tibi habēmus. ego et Cupīdō  
aliquid tibi dare volumus.

*Clōdia:* salvēte! Venus, quid mihi habēs?

*Venus:* unguentum habēmus. hoc



unguentum tibi dabimus, quia unguentum  
ad tē attulimus.

*Cupīdō*: Clōdia, hoc unguentum est amor  
līquidus. tibi est dōnum. unguentum tibi  
dōnāmus.

Cupīdō Clōdiae unguentum dedit. Clōdia  
unguentum ad nāsū posuit. Clōdia  
unguentum habuit, itaque id olfēcit.

*Clōdia*: hoc unguentum est paradīsus in  
lagoenā! mihi placet!

## **capitulum quintum**

### **Clōdia et Catullus et unguentum**

unguentum Clōdiae placuit. Venus et Cupīdō Clōdiae unguentum dōnāvērunt, itaque Clōdia id habuit. nam Clōdia Catullum amābat, et Clōdia unguentum ad Catullum afferre voluit. Catullus unguentum olfacere dēbēbat.

Clōdia Catullum petīvit. Clōdia unguentum ad Catullum attulit. Clōdia cum unguentō ad Catullum īvit et nunc erat apud Catullum.

*Clōdia:* salvē, mī Catulle! aliquid tibi

habeō.

*Catullus:* salvē, mea Clōdia! quid mihi habēs? quid tū ad mē affers?

Clōdiā Catullō unguentum dedit. Catullus unguentum olfēcit.

*Catullus:* hoc unguentum est paradīsus in lagoenā. ego nāsus esse volō! sī dī mē amant, mē nāsum faciunt.

*Clōdia:* rēctē! hoc unguentum est bonum. amor līquidus est. hic amor nōn est mixtus. hic amor est merus.

*Catullus:* Fabullus hoc unguentum  
olfacere dēbet. cēnam habēre dēbēmus,  
sed pecūniam nōn habeō. cibum nōn  
habeō.

*Clōdia:* cibum nōn habēs. unguentum  
habeō. unguentum nōn est cēna. vīnum et  
cibus cēnam faciunt. cūr Fabullus apud tē  
cēnāre vellet?<sup>6</sup>

*Catullus:* nam hoc unguentum est bonum  
et ēlegāns, Fabullus nōbīscum cēnāre  
vellet. unguentum Fabullō dare volō. ego

---

<sup>6</sup> vellet? – would he (Fabullus) want?

Fabullum invītāre dēbeō ut mēcum et  
tēcum cēnet.

*Clōdia:* tū Fabullum invītāre dēbēs ut  
nōbīscum cēnet. cum Fabullus nōbīscum  
cēnet, unguentum eī dare dēbēs.

## capitulum sextum

### Fabullus

Fabullus nōn erat poēta. itaque poēta nōn erat, Fabullus pecūniam habēbat.

Fabullus erat amīcus Catullō. cum

Fabullō cēnāre Catullō placēbat. cum

Catullus apud Fabullum cēnābat, Fabullō poēmata recitābat.<sup>7</sup>

cum Catullus poēmata in cēnā recitāret,

Fabullō placēbat cēnāre cum Catullō.

cum Catullus poēmata bene recitāret,

Catullus et Fabullus bene cēnābant.

---

<sup>7</sup> recitābat – he recited

## capitulum septimum

### Catullus et Fabullus

Catullus et Fabullus erant amīcī. apud Fabullum cēnāre Catullō placēbat, sed Catullus unguentum habuit (seu<sup>8</sup> Clōdia id habuit).

nam unguentum erat bonum et ēlegāns,  
Catullus cum Fabullō cēnāre volēbat.  
Catullus Fabullum petīvit.

*Catullus*: salvē tū, mī Fabulle!

*Fabullus*: salvē tū, mī amīce Catulle! cūr


---

<sup>8</sup> seu – or

apud mē es?

*Catullus*: apud tē sum, quia tēcum cēnāre volō. sed apud tē cēnāre nōlō.

*Fabullus*: mī Catulle, cibum nōn habēs. vīnum nōn habēs. pecūniam nōn habēs. nihil in sacculō habēs. et apud tē cēnāre dēbeō?



SACCULUS



*Catullus*: apud mē cēnāre dēbēs. aliquid habeō.

*Fabullus*: tū poēma habēs?

*Catullus*: poēma habeō, et aliquid bonī habeō, quod tibi placēre dēbet. aliquid ēlegantis habeō. aliquid bonī et ēlegantis habeō.

*Fabullus*: bona mihi placent. ēlegantia mihi placent. sī quid<sup>9</sup> est bonum atque ēlegāns, mihi placēre dēbet.

---

<sup>9</sup> quid – something  
sī + aliquid = sī quid

*Catullus:* hoc est bonum atque ēlegāns.  
post duōs seu trēs diēs, apud mē cēnāre  
dēbēs.

*Fabullus:* bene. apud tē post paucōs diēs  
tēcum cēnābō. sed quid mēcum afferre  
dēbeō? tū pecūniam parvam habēs, itaque  
cibum et vīnum nōn habēs.

*Catullus:* cibum et vīnum afferre dēbēs.  
nam Clōdia nōbīscum cēnābit, tuam  
amāsiam afferre dēbēs. nostra cēna erit  
bona atque magna.

*Fabullus:* ego cibum et vīnum afferam. et

meam puellam afferam. tēcum post  
paucōs diēs cēnābō. valē, mī pulcher  
amīce.

## **gradus poēmatīs prīmus**

### **invitātiō prīma**

mī Fabulle, amīcus es mihi.

post paucōs diēs, apud mē bene cēnābis.

cibum nōn habeō. vīnum nōn habeō.

affer cibum et vīnum,

quia cēna esse bona et magna dēbet.

cūr cibum et vīnum habēre dēbes?

quia aliquid habeō.

Clōdia mihi id dedit, et bonum est.

mihi placet et tibi placēbit.

## **capitulum octāvum**

### **Fabullus et Aemilia**

Aemilia erat amāsia Fabullō. Aemilia ad cēnam apud Catullum afferre volēbat, quia Fabullus Aemiliam amābat.

*Fabullus:* mea puella, post paucōs diēs apud Catullum cēnābimus.

*Aemilia:* apud Catullum paucīs diēbus cēnābimus? mī Fabulle, Catullus nihil habet. Catullus pecūniam in sacculō nōn habet. Catullus cibum seu vīnum nōn habet.

*Fabullus:* nam Catullus pecūniam nōn  
habet, cibum atque vīnum afferam.

*Aemilia:* et vīnum afferēs? vīnum cum  
aquā mixtum afferēs? an vīnum merum  
afferēs?

*Fabullus:* ego vīnum aquā mixtum nōn  
afferam. vīnum merum afferam. in bonā  
cēnā, Catullus vīnum aquā mixtum  
habēre nōn dēbet. cum Catullus apud mē  
cēnat, vīnum esse sine aquā dēbet. nam  
apud Catullum cēnābimus, vīnum esse  
sine aquā dēbēbit.

## capitulum nonum

### ad cēnam

post paucōs diēs, Fabullus et Aemilia ad cēnam ībant. Fabullus cibum et vīnum afferēbat. Aemilia erat pulchra, quia candida<sup>10</sup> erat.

*Aemilia:* mī Fabulle, mī venuste, cibum et vīnum affers. tū tōtam cēnam affers.

*Fabullus:* mea venusta, mea pulchra, tōtam cēnam nōn afferō. Catullus aliquid habet.


---

<sup>10</sup> candida – bright white

Aemilia would have whitened her skin, because Romans considered light skin beautiful. It was a sign that you had leisure and did not have to work outside.

*Aemilia*: quid Catullus habet? nihil est in  
sacculō Catullī. eius sacculus est plēnus  
arāneārum.

*Fabullus*: Catullī sacculus est plēnus  
arāneārum. hahahahae! tū salem<sup>11</sup> affers!



---

<sup>11</sup> salem – wit (but usually salt)



## **gradus poēmatīs secundus**

### **invitātiō secunda**

mī Fabulle, cēnābis bene apud mē  
post paucōs diēs,  
quia dī (Iuppiter, Iūnō et multī) tē amant.  
dēbēs afferre cibum et vīnum.  
nam pecūniam nōn habeō,  
cibum seu vīnum nōn habeō.  
affer cibum et vīnum.  
cēnābis bene, quia aliquid ēlegāns habeō.  
nam tibi dare volo unguentum,  
quod Venus et Cupīdō Clōdiae dedērunt.  
et optimum est. sī unguentum habēs,  
nāsus esse vīs.

## capitulum decimum

### apud Catullum

nunc Fabullus et Aemilia erant apud Catullum ut cēnārent. Clōdia erat apud Catullum ut cēnāret. Clōdia neque cibum neque vīnum habuit, sed Fabullus et cibum et vīnum habuit. Clōdia aliquid habuit. quid Clōdia habuit? unguentum habuit. Catullus neque cibum neque vīnum neque unguentum habuit. Catullus nihil habuit—immō<sup>12</sup> sacculum arāneārum plēnum habuit!

Catullus et Clōdia et Aemilia et Fabullus

---

<sup>12</sup> immō – actually

bene cēnābant, quia Fabullus cibum et  
vīnum habuit. omnēs bene cēnābant quia  
Aemilia salem habuit.

*Aemilia:* hahaha! hahahahaha!

*Clōdia:* cūr rīdēs? cūr cachinnās?

*Aemilia:* hahahe! rīdeō quia Catullus nihil  
habet, seu cachinnō quia Catullus  
sacculum arāneārum plēnum habet. itaque  
cachinnī est mihi.

*Clōdia:* Catullus nihil nōn habet. amīcōs  
habet. Catullus habet amīcōs quī eum

amant. Catullus amīcōs habet quia dī  
Catullō favent. bene cēnāmus quia amīcī  
Catullō favent.

*Aemilia*: hahahae! Catullus, inquam,<sup>13</sup>  
nihil habet. venustus est. amīcī eum  
amant. cachinnō quia amīcī Catullō  
favent.

*Clōdia*: sed Catullus aliquid ēlegantis  
habet, quia ego aliquid ēlegantis habeō.  
est suāve et ēlegāns.

*Aemilia*: Catullus nihil habet. tū aliquid

---

<sup>13</sup> inquam – I say

habēs. quid habēs? tūne aliquid suāvis  
ēlegantisque habēs? an tū aliquid suāvis  
ēlegantisve<sup>14</sup> habēs?

*Clōdia*: hahahae! salem habēs, mea  
Aemilia. sī ego aliquid habeō, suāve et  
ēlegāns est.

Clōdia unguentum inter Fabullum et  
Aemiliam posuit.

---

<sup>14</sup> elegantisve – or elegant; -ve works like -que but means “or”

## capitulum ūndecimum

### dōnum secundum

Clōdia unguentum inter Aemiliam et Fabullum posuit.

Catullus tacēbat.<sup>15</sup> Fabullus tacēbat.

Aemilia tacēbat. Clōdia tacēbat. omnēs tacēbant. nunc Clōdia nōn tacēbat.

*Clōdia*: rīdēbās, Aemilia. cachinnābās.  
nunc tibi et Fabullō unguentum dō, et  
contrā<sup>16</sup> tacētis. pōne unguentum ad  
nāsum ut id olfaciās.

---

<sup>15</sup> tacēbat – was quiet

<sup>16</sup> contrā – in return

Aemilia unguentum ad nāsum posuit.  
nunc nōn cachinnābat. nōn rīdēbat.  
tacēbat et unguentum olfaciēbat.

*Aemilia:* hoc unguentum est amor merus.  
paradīsus est in lagoenā!

nunc Aemilia Fabullō unguentum dedit.  
Fabullus unguentum ad nāsum posuit et  
id olfēcit.

*Fabullus:* ō Catulle, mī venustē amīce! ō  
Clōdia, mea ēlegāns amīca! tē amō quia  
mihi favēs! hoc unguentum est  
bonum—immō suāve ēlegānsque est!

nāsum esse volō! ut dī mē nāsum faciant!  
tē rogārem quis hoc unguentum faceret,  
sed Venus Cupīdōque hoc unguentum  
fēcit. hoc unguentum est amor merus. ego  
esse nāsus volō! dī mē tōtum nāsum  
facere dēbent!



## **gradus poēmatīs tertius**

### **invitātiō tertia**

cēnābis bene, mī Fabulle, apud mē  
post paucōs diēs, sī dī tē amant.  
sī tēcum affers bonam cēnam  
cum amīcābus et vīnō et sale.  
sī haec tēcum affers, mī amīce pulcher,  
cēnābis bene. nam tuus Catullus  
pecūniam nōn habet,  
aliquid ēlegantis tibi habeō.  
est amor merus.  
nam unguentum tibi dare volō, quod  
Clōdiae  
Venus et Cupīdō dedērunt.  
cum tū ad nāsum unguentum pōnis,  
(cum tū unguentum olfacis) nāsus esse  
vīs.

## poēma ipsum

cēnābis bene, mī Fabulle, apud mē  
paucīs, sī tibi dī favent, diēbus,  
sī tēcum attuleris bonam atque magnam  
cēnam, nōn sine candidā puellā  
et vinō et sale et omnibus cachinnīs.     5  
haec sī, inquam, attuleris, venuste noster,  
cēnābis bene; nam tuī Catullī  
plēnus sacculus est araneārum.  
sed contrā accipies merōs amōrēs,  
seu quid suavius elegantiusve est:     10  
nam unguentum dābō, quod meae puellae  
dōnārunt Venerēs Cupīdinēsque;  
quod tū cum olfacies, deōs rogābis  
tōtum ut tē faciant, Fabulle, nāsum.

## **notae poēmatī**

v. 4 attuleris – affers temporis futūrī  
perfectī

v. 10 quid – aliquid

suavius – valdē suave

elegantius – valdē elegans

## glōssārium

ā, ab

by, from

accipiō, accipere, accēpī, acceptum

to accept

ad

to, toward

Aemilia, Aemiliae

Aemilia, Fabullus's girlfriend

afferō, affere, attulī, allātum

to bring

aliquis, aliquid

someone, something

amāsia, amāsiae

girlfriend

amāsius, amāsī

boyfriend

amīca, amīcae

friend (woman)

amīcus, amīcī

friend (man)

amō, amāre, amāvī, amātum

to love

amor, amōris

love

an

or?

apud

at (the house of)

aqua, aquae  
water

arānea, arānae  
spider

atque  
and, and even

attulit  
he/she brought

bene  
well

bonus, bona, bonum  
good

cachinnō, cachinnāre, cachinnāvī, cachinnātum  
to laugh loudly

cachinnus, cachinnī  
loud laughter

candidus, candida, candidum  
bright white

Catullus, Catullī  
Catullus, the poet

cēna, cēnae  
supper, a dinner party

cēnō, cēnāre, cēnāvī, cēnātum  
to eat supper, to have a dinner party

cibus, cibī  
food

Clōdia, Clōdiae  
Clodia, Catullus's girlfriend

contrā  
in return

cum  
when  
cum  
with  
Cupidō, Cupidinis  
Cupid, god of love  
cūr  
why  
dea, deae  
goddess  
dēbeō, dēbēre, dēbuī, dēbitum  
ought  
dedit  
he/she/it gave  
deus, deī  
god  
dī  
gods (see deus)  
diēs, diēī  
day  
dō, dare, dedī, datum  
give  
dōnum, dōnī  
gift  
dōnō, dōnāre, dōnāvī, dōnātum  
to give  
duo, dua, duo  
two  
ego, meī, mihi, mē  
I, me

eī  
to him/her/it (see is, ea, id)

ēlegāns, ēlegantis  
elegant

erat  
he/she/it was (see sum)

est  
he/she/it is (see sum)

et  
and

eum  
him, it (see is, ea, id)

Fabullus, Fabullī  
Fabullus, Catullus's friend

faciō, facere, fēcī, factum  
to make

faveō, favēre, favuī  
to favor

fēcit  
s/he made (see faciō)

finītus, finītua, finītum  
finished

gradus, gradūs  
step

habeō, habēre, habuī, habitum  
to have

hahahaē!  
haha!

hic, haec, hoc  
this, these

hīc	here
homo, hominis	person
iam	already, now
id	it (see is)
immō	on the contrary, actually
in	in, into
inquam	I say
inter	between
invītō, invītāre, invītāvī, invītātum	to invite
invitātiō, invitātiōnis	invitation
ipse, ipsa, ipsum	himself, herself, itself
is, ea, id	he, she, it
itaque	and so
Iūnō, Iūnōnis	Juno, goddess of marriage and family
Iuppiter, Iovis	Jupiter, king of the gods



īvērunt	they went (see eō)
lagoena, lagoenae	bottle
līquidus, līquida, līquidum	liquid
magnus, magna, magnum	bit
mē	me (see ego)
merus, mera, merum	unmixed
meus, mea, meum	my
mihi	to me, for me (see ego)
mixtus, mixta, mixtum	mixed
multī, multae, multa	many, much
nam	because
nāsus, nāsī	nose
-ne	added to end of word, asks yes/no question
neque	and not
nihil	nothing

nōbīs	for us
nōlō, nōlle, nōluī	to not want
nōn	not
noster, nostra, nostrum	our
nunc	now
ō	oh, hey
olfaciō, olfacere, olfēcī, olfactum	to smell
omnis, omne	every, all
optimus, optima, optimum	best
paradīsus, paradīsī	paradise (Note: This use is not Greco-Roman and reflects later developments in Latin.)
parvus, parva, parvum	small
paucī, paucae, pauca	few
pecūnia, pecūnia	money
petō, petere, petīvī, petītum	to look for, to seek


placeō, placēre, placuī  
to please  
plēnus, plēna, plēnum  
full  
poēma, poēmatis  
poem  
poēta, poētae  
poeta  
pōnō, pōnere, posuī, positum  
to put  
post  
after  
prīmus, prīma, prīmum  
first  
puella, puellae  
girl  
pulcher, pulchra, pulchrum  
beautiful  
-que  
and  
quī, quae, quod  
who, what, which, that  
quia  
because  
quis, quid  
who?, what?  
quod  
which (see quī, quae, quod)  
recitō, recitāre, recitāvī, recitātum  
to recite

rēctē  
rightly, that's right  
rīdeō, rīdēre, rīsī, rīsum  
to laugh  
rogō, rogāre, rogāvī, rogātum  
to ask  
sacculus, sacculī  
money bag, purse  
saepe  
often  
sāl, salis  
wit (but usually salt)  
salvē, salvēte  
hello  
secundus, secunda, secundum  
second  
sed  
but  
seu  
or  
sī  
if  
sine  
without  
suāvis, suāve  
smooth  
sum, esse, fuī, futūrus  
to be  
taceō, tacēre, tacuī, tacitum  
to be quiet

tantum  
    only  
tōtus, tōta, tōtum  
    whole, entire  
trēs, tria  
    three  
tū, tuī, tibi, tē  
    you (one person)  
tuus, tua, tuum  
    your  
unguentum, unguentī  
    perfume  
ūnus, ūna, ūnum  
    one  
ut  
    as, like, so that  
valē  
    goodbye  
-ve  
    or  
Venus, Veneris  
    Venus, the goddess of love  
venustus, venusta, venustum  
    charming  
vīnum, vīnī  
    wine  
volō, velle, voluī  
    to want



## Other books by the author



### **Sisyphus rex improbus**

ISBN 978-1-937847-08-1

*Sisyphus: rex improbus* is a simple Latin reader for beginning Latin students that uses only 176 unique Latin words. It retells the story of Sisyphus, mythical king of Corinth, and how he winds up pushing the boulder up the hill again and again.